

iare, si troverebbe solo in apparenza libero, ma in realtà sarebbe condannato ad una perpetua schiavitù.

dederit, verum obvolverit in abdito latentem pedicam, ut non iam liberi, quo vellent, eo progrederentur, sed, velint nolint, tanquam iumenta fune ducimus, ita fati necessitate ferantur in callem unicuique constitutum; quod nil esset aliud quam sub specie libertatis dampnasse genus humanum<sup>(a)</sup> perpetua servitute. seriem ergo 5 omnem causarum et eque constellationem omnem, qua necessitetur hominum voluntas, illi sacri preceptores abhorrent, ne in hec<sup>(b)</sup> incidamus tam absurdia et tam flagitiosa tamque fugienda piis mentibus. nam, quod ad constellationem attinet, humana voluntas, cum sit in anima rationabili constituta eademque anima incorporea et immateriali, vi celorum agi qui potest? tantum enim corpora, vel que corporibus distenta<sup>(c)</sup> sunt, vel, ut philosophorum verbis utamur, ea tantum que ducuntur e potentia materiei, celestium spherarum perpetiuntur motionem et influxum; cuius rei non ignari scrutatores astrorum reliquerunt nobis illud elogium: « sapientem dominari 10 « syderibus »<sup>(1)</sup>. magnificum quidem illud, et hominum vitande superstitioni remedium validum atque efficax. iam de illa rerum serie loqui quid interest? non sufficit doctissimorum illorum auctoritas, quos memoravi, fatum esse negantium? « at Severinus eque vim 15 « doctis et sanctis non negat ». quid inde? sat existimo fore cuique 20 quod illi negant, nec tantum negant, imo dampnant et reprobant. quorum iudicium, pace Severini dixerim<sup>(d)</sup>, eius antepono; et ita antepono, ut, si cum illo diversa sentiant hi vel singuli, preferam Augustinum Severino, preferam et Gregorium. nunc cum ambo iuncti sint quam maxime? atqui tamen, si recte perspexerimus, Severino 25 non adversantur illi, sed illis ipse consentit. placuit Severino fatum esse seriem illam, at<sup>(e)</sup> ab ea nonnulla subducit, que, ut inquit, fati seriem exuperant<sup>(a)</sup>. inter que licebit enumeremus humanum arbitrio.

Percib. I dottori della Chiesa ripudiano così la serie di cause come la costellazione.

Ed invero, per quel che riguarda quest'ultima, come potrebbe la volontà umana, facoltà dell'anima incorporea e dotata di ragione, soggiacere ai moti de' corpi celesti?

Onde opportunamente gli astronomi han detto che il sapiente domina le stelle.

In quanto poi alla serie, non basta ormai l'autorità de' dottori succitati?

Nè chiami qui Antonio in suo soccorso, Boezio,

ché il suo giudizio, pur essendo di minor conto, è, in verità, consono con quello de' Padri.

Afferma bensì Boezio che il fatto è la detta serie, ma ne sovræ, fra l'altro, l'arbitrio umano,

(a) *M* hominum (b) *M* hoc (c) *M* distinta (d) *M* dixerit (e) *M* ac-

(1) Questo detto c'è rimasto irreperibile.

(2) Cf. BOET. *Phil. cons.* IV, prosa vi: « Ordo namque fatalis ex providentiae simplicitate procedit. Sicut enim artifex facienda rei formam mente percipiens, ita Deus providentia quidem singulariter stabiliterque facienda

disponit, fato vero haec ipsa quae dispensavit multipliciter ac temporaliter administrat... Quo fit ut omnia quae fati subsunt, providentiae quoque subiecta sint, cui ipsum etiam subiacet fatum: quedam vero, quae sub providentia locata sunt, fati seriem superent ».